PELAGIUS
3. Viertel 12. Jh.
Seite 31r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

uenia · et erit sare filius · Ante · quam nascerentur omnino prius
quam rebecca esau et iacob utero suo funderent in iacob dilexi
uos in esau idumeo odio habui · Que locum paulus apls mistica
disputatione euentilans scripta ad romanos duo partes
testimonia de genesi malachiaq; coniungens · Non solum aut
sed et rebecca de uno concubitu habens ysaac patre nrm ·
Nam cum nondum nati essent aut aliquid mali egissent t boni ·
ut secdm electionem ppositum dei maneret n ex operib; s; ex uoca
tione dictum est ei · quia maior seruiet minori · sicut scriptum est ·
Iacob dilexi esau autem odio habui · Hoc enim qd dicit sicut
scriptum e et ad geneseos libru et ad malachiam pphetam refert · Et
n solum autem iacob dilexi ante quam nasceret et odio habui
esau prius quam ex matris utero funderet · sed in posteros eorum
amorem meum et odia conseruaui · odium in esau cui montes qui
appellantur seir redegi in solitudinem et urbes feci eum desertas et
a serpentib; et bestiis obtineri · Non solum aut sed et rebecca · Non
solum autem ismahel et ysaac quamuis ex uno quidem patre
diuersis tamen matrib; sunt generati · non sunt unum apud
dm · sed etiam iacob et esau quam ex uno sunt de rebecce nati con
cubitu · ante quam nascerentur fidei sunt apud dm merito sepa
rati · ut ppositum di de elegendis bonis et refutandis malis ·
etiam iam in psentia dei maneret · Ita quoq; et nunc quos psciuit
de gentib; credituros elegit et ex isti reiecit incredulos · Ex
uno concubitu habens ysaac patre nrm · Que intelligitur
pruna geminos edidisse · in eo quoq; si nouum aliquid accessisset
preterita dm interrogat · Cum enim nondum nati fuissent aut
aliquid egissent bonum aut malum · ut secdm electionem ppositum di
maneret · siue ut hoc significaret quomodo etiam de geminis quam
n credit abiciatur · Non ex operib; s; ex uocatione dictum est ei ·
Prescientia dei n piudicat peccatores si conuerti uoluerint ·
Dicit enim per hezechiele · Si dixero peccatori · morte morieris ·
et ille conuersus iusticiam fecerit uita uiuet et n morietur · Quia